



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio  
fidei & doctrinæ Electorum, Principvm Et Ordinvm Imperii,  
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam  
Confessionem amplectuntur**

**Lipsiæ, 1606**

X. De Initiatione, Ordine, & Vocatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35443**

siasticam poenam seu excommunicationem, cum poenis civilibus.

### *X. De Initiatione, Ordine, & Vocatione.*

**S**I Episcopi suo officio rectè fungerentur, & curam Ecclesie & Euangelij gererent, posset illis nominis caritatis & tranquillitatis, non ex necessitate, permitti, ut nos & nostros concionatores ordinarent, confirmarent, hac tamen conditione, ut seponerent omnes larvas, præstigiæ, deliramenta, & spectra pompæ ethnicæ. Quia verò nec sunt, nec esse volunt veri Episcopi, sed politici dynastæ & Principes, qui nec concionantur & docent, nec baptizant, nec cœnam admittunt, nec vllum opus & officium Ecclesie præstant, sed eos, qui vocati munus illud subeunt, persequuntur & condemnant, profectò, ipsorum culpâ, Ecclesia non deferenda, nec ministris spolianda est.

Quapropter, sicut vetera exempla Ecclesie & Patrum nos docent, idoneos ad hoc officium ipsi ordinare debemus & volumus. Et hoc nobis prohibere non possunt, etiam secundum sua ira, quæ affirmant etiam ab hæreticis Ordinatos, verè esse ordinatos, illam ordinationem non debere mutari. Et Hieronymus scribit de Ecclesia Alexandrina, eam primùm Episcopis, presbyteris, & ministris communi operam gubernatam fuisse.

### *XI. De Coniugio Sacerdotum.*

**Q**uòd coniugium prohibuerunt, & diuinum oneratum sacerdotum perpetuo cœlibatu oneratum, malitiosè sine omni honesta causa fecerunt, & eo Antichristi, tyrannorum, & pessimorū nebulosum